



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Concertationis, Hvivs Secvli Sapientivm Ac
Theologorum, super erroribus moderni temporis**

Bundere, Jan van den

Venetijs, 1548

De institutis & uotis monasticis, ti. 34

urn:nbn:de:hbz:466:1-36077

DE INSTITVTIS, AC VOTIS MO
NASTICIS. TITV. XXXIII.

ARTICVLVS I.

RHET.

CVm factitia sit res, ac nouitia Cucullatōi
religio: multūm delirāt Monachi uota h
baptismo comparantes.

THEO.

Si de religionis substantialibus sermo est: non humā
sed diuinum est institutum religionis. Fūdatur nang; in
dientia, castitate, et abdicatione, p̄prietatis, seu paupertatis.
Hæc quidē Saluator præcipere noluit, sed proponeret
potiora bona, & cōsulere nō prætermisit. Dicit.n. H̄. li. 1. c. 7. epist. 5. contra Iouiniam. Maioris gratiae est off
qd' non debeas, q̄ reddere qd' exigeris. Si uero de quib;
statutis diuersis religionum finibus, pro uarietate uocatio
num cōgruentibus loquimur, nō inficiamur ea factitia, at
humani esse instituti: non tñ nouitia. Cōstat. n. semp religio
sos quosdam fuisse uiros, qui ardētius amplexati pierāt,
à cœtu hominū segregati, multa ad eam pertinēta libūpsis
præscriperunt, quæ à cæteris nō agebantur: Sed uti omni
rerum initia rudia fuere, processuq; ipso sensim roboraui
& exculta sunt: Ita & monachorū instituta culta, & clau
cta sunt, & ordine quodā, t̄pis processu uariata sunt, secundū
dum finem in quē dirigūt ipsæ religiones. Alia nempe filii
aut cōtemplationi uacantibus: alia uerbum Dei euāgeliizan
tibus: alia infirmorum necessitatibus incūbentibus: alia mis
eriit, & deditis cōgruunt instituta. Fuerunt prætereā in ueteri
testamento filij prophetarum (quos monachos uocat Eze
ro. ad Rusticum monachum epist. 39.) qui quādam formā
monachismi præstabant in arcto uictu, cultu & uestitu, co
muniter uiuentes. Filij quoq; Ionadab, filij Rechab sic uia

Habitabant, ut uinum nō biberent in æternum, domos nō ædi-
 ficarent, sementem nō sererent, uineas nō plantarēt, nec ha-
 berent; sed in tabernaculis habitarēt, patris sui Iona dab mā
 dato parentes. Sed & Cheremon Stoicus uir eloquentia-
 simus narrat de uita antiquorum sacerdotum Aegypti: (ut
 uidere est apud diuum Hiero. lib. 2. ca. 39. epist. 6. cōtra Io-
 unia.) q̄ oībus mundi negotijs, curisq; postpositis, semper
 in templo fuerint, et rerum naturas, causasq;, ac rōnes syde-
 rum cōtemplati sint tñnqua mulieribus se miscuerint: nun-
 quam cognatos & propinquos, ne liberos quidē uiderint,
 ex eo tpe quo cōpissent diuino cultui deseruire, à carnibus
 & uino semp abstinuerint, pp tenuitatem sensus, & uerti-
 ginem capitis, quā ex paruo cibo patiebantur: & maximē
 pp appetitus libidinis restringendos, qui ex his cibis & ex
 hac potionē nascuntur. Pane raro uescebantur, ne onerarēt
 stomachum. Et siqñ comedebant, tonsūm pariter hyssopū
 sumebant in cibo, ut escam grauiorem illius calore decoque-
 rent. Oleum tantū in oleribus nouerāt: uerū & ipsum pa-
 rum pp nauream, & asperitatem gustus leniendam. Quid
 loquar, inquit, de uolatilibus, cūm ouū quoq; pro carnibus
 uitauerint & lac: quorum alterum carnes liquidas: alterum
 sanguinē esse dicebāt colore mutato? Cubile eis de folijs pal-
 marum cōtextum erat: scabellum acclive, & ex una parte
 obliquum, in terra pro puluillo capiti supponebant, &c.
 Quid uero de illis censendum sit, de quibus ait Apost. Cir Hebr. 11
 cuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustia-
 ti, afflicti, quibus dignus nō erat mūdus: In solitudinibus er-
 rantes, in montibus, in speluncis, & in cauernis terræ suo
 arbitrio relinquendo.

Qui aut christi, apostolorumq; acta d̄tenderit, procul-

DE INSTIT. AC VOT. MONAT.

dubio monachismi formam inueniet potissimum in subtilibus religionis. Nam obedientiam ipse Christus exhibet, qui factus est obediens patri usque ad mortem, mortem ad crucis. Quique ait. Descendi, non ut faciam uoluntatem meam sed eius qui misit me, patris. Qui nedium matri, sed et trito Ioseph paruit. de quo ait Lucas. Descendit, et subditus illis, scilicet parentibus. Cui paruerunt mox apostoli uocati: quos et misit praedicare euangelium regnum virga, sine pera, sine pecunia, sine calciamentis. Et praeferat in oem ciuitatem ad quam esset ipse uenturus, dicens: agnus est operarius mercede sua. Qui uero libertatis causa, obediencia cupid caluniari, se corrigat ex dicto Salvatoris. Melior est, inquit, obediencia quam uictima. Romeni. Glo. ord. ibidem. Quia in uictimis aliena caro: in obediencia uoluntas propria mactatur et offertur.

Castitatem Christus ex uirgine natus, tam exemplum quam uerbo docuit, et consuluit. Ait namque: Sunt eunuchi de matris utero sic nati sunt, et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus: et sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum coelorum. Qui potest capere, capiat. Quid interpretatur Eusebio. lib. 1. contra Iouiniam. cap. 7. par. 1. Proponit, inquit, premium: inuitat ad cursum: tenet in manu uirginitatis bracium: ostendit purissimum fontem, et clamitat. Qui sedit ueniat, dicit, Qui potest capere capiat. Non dicit, uelitis, nolitis, bilendum est uobis atque currendum: sed qui uoluerit, qui poterit currere, atque portare, ille uincet, ille satiabitur. Et id plus amat uirgines Christus: quia sponte tribuunt quod non fuerat imperatum. Discipulorum et apostolorum castitatem seu coelibatum, uel ex hoc capias, quod Christus Iohannes nubere uolente, de nuptijs uocauit, Proculdubio, Apo-

Pauli dicto se conformes effecerunt post apostolatum, ubi
 sit. Qui uxores habent, tanquā non habētes sint: Licet an= 1.cor.7.
 te apostolatum uxoribus uterentur. Qui autem cōlibatum,
 aut uirginitatem nihil facit: is Iouinianum se, non Christia-
 num exhibet. Iouinianus. n. matrimonium uirginitati co-
 quare conatus est. Dānet is Paulum, Baptistam, aut euange-
 listam Ioannem, Deiparamq; Mariam īmo & ipsum Chri-
 stum. Audiat & is Paulum clamantem. De uirginibus præ-
 ceptum domini non habeo: consilium aut̄ do. Et post pau-
 ca. Qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit. Et
 qui non iungit, melius facit. Legat hic Tertull. lib. 1. ad uxo-
 rem, in principio. Audiat ipse & Hieronymum in sermone 1.cor.7.
 de assumptione uirginis Mariae dicentem. Semper est ange-
 lis cognata uirginitas. Profectò in carne præter carnem ui-
 uere, non terrena uita est, sed cœlestis: Vnde in carne ange-
 licam gloriam acquirere, maius est meritum, quam habere.
 Esse. n. angelum, felicitatis est: esse uero uirginem, uirtutis
 est: dum hoc obtainere uiribus innititur cum gratia, quod ha-
 bet angelus ex natura. Vtrunque tamen, & esse uirginem,
 & esse angelum, diuini muneris est officium, non humani.
 Proinde omnes etiam Ethnicæ nationes in pretio habue-
 runt uirgines, ut habet Tertullianus libro de exhorta-
 tione castitatis.

Paupertatem, seu abdicationem proprietatis rerū Deo
 gratiam, nel ex hoc intellige, q; Christus in paupere stabulo
 ex paupercula matre natus sit, & in præsepi (non nobili-
 bus in cunis) reclinatus. Tam pauper uixerit, q; cuidā eum Matt.8.
 sequi cupienti dixerit. Vulpes foueas habent, & uolucres
 cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput recli-
 net. Nudus in cruce: mortuus in alieno sepulchro tumula-

DE INST. AC VOT. MONAST.

tus est. Paupertatem & rerum abdicationem consuliūni
ni, dum ait. Si uis perfectus esse, uade, uende omnia que-

Mat. 19.

bis, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo;
ueni, sequere me. Hæc fecerunt & Apostoli ex eleemos

Ioan. 12.

uictitantes. Nam Iudas quæ mittebantur, portabat in la-
lis. Et Lucas ait, q̄ erant quædam mulieres que ministrā-
bāt ei. s. Christo cum discipulis, de facultatibus suis. Et Ap-

stolorum uice ait Petrus. Ecce nos reliquimus omnia &

cuti sumus te: qd ergo erit nobis? Iesus autem ait illis, Am-
dico uobis, quòd uos qui secuti estis me, in regeneratione

cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedet
& uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribu-

rael. Et omnis qui reliquerit domum, uel fratres, aut so-
res, aut patrem, aut matrē, aut uxorem, aut filios, aut agnati
propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam eternam

possidebit. Lucas uero sic habet. Non est qui reliquerit
domum, parentes, &c. & non recipiat multò plurimum
tempore, & in futuro saeculo uitam eternam. Quod in-
terpretatus Chrys. in expositione altera super Matth. sic dicit:

Secundum sanam doctrinam, ita nobis conuenit intelligere
quod dicit centuplum accipiet: non ut ipsam rem quan-
mittit, centupla accipiat. Nec n. possibile est, quòd pater

aut matrem relinquens, cētum patres, aut matres recipiat.
Sed ita. Tantam gloriam, tantam gratiam, tā mirificam ba-

titudinem consequetur, ut centuplum ualeat illi, quam
fuit, quam dimisit.

Hanc autem rerum abdicationem non præcepit, sed
suluit Christus, quam amplexati sunt Apostoli, & disci-
puli primitivi. Neophytorum aut ad fidem conuersorum, q̄
dam sua sibi seruabat, quibus satis erat conari seruire.

data: cōsiliorum uero paruam aut nullam habere rationem.
 Alij autem suis fortūtis diuenditis, pretia eorum ad pedes
 Apostolorum posuerunt: diuidebaturq; singulis prout opus
 erat. Nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum es-
 se dicebat: sed erant illis omnia cōmunia. Neq; n. quisquam
 egens erat inter illos. Ananias autem & Zaphira, uolue- Actu. 4.
 runt annumerari inter illos. Verūm quia mentiti sunt spī-
 ritui sancto, partem pretij sibi seruantes: ad uocem Petri
 corruentes, expirauerunt. Licuisset quidem nedum partem,
 sed & totam substantiam sibi seruare, nisi his annumerari
 uoluissent. Quod uel ex hoc accipe, quod Petrus ait. Ma- Actu. 5.
 nens tibi manebat, uidelicet si non uoluisses tibi abdicare.
 Liqueat ergo quomodo Apostoli, & quidam primitiui disci-
 puli in communi uictitabant sine proprio. Artic. 2.

Si in paupertate quidem uictitent exēplo Chri- R H E T:
 sti, non reprehendo: sed eam quam dicunt religio-
 forum paupertatem, qui cūm nihil dicāt se habe-
 re, uel oia possident, uel turpi mendicitatis quæ-
 stu uictum quæritant.

Dixerunt aliquando Vualden. sacerdotes pauperes esse THEO.
 debere & de eleemosynis niuere. Ioā. quoque Vuicleff ait,
 contra scripturam esse ecclesiasticam quod uiri ecclesiastici
 habeant possessiones. Et quod fr̄atres debent sibi uictū quæ-
 rere per labores manuum suarum, & non per mendicita-
 tem. Alius autem quidā Desiderius Longobardus tempore
 Alexandri. 4. sensit paupertatem non solum esse inutilem,
 sed et noxiā. Paupertatem autem fr̄atrum mendicantium
 insectatus est et Guillelmus de sancto amore, etiam omnem
 actualem paupertatem damnans. Alij nefas putant omnia
 simul relinquere: contra quos est illud Hieron. par. 3. epist.

DE INSTIT. AC VOT. MONAST.

41.ca.19.in regula monachorum. Quod asseris eos m*in* facere qui utuntur rebus suis, & paulatim fructus posse num pauperibus diuidat, quam illos qui possessionibus ditis, semel omnia largiantur, non a me, sed a dominino deatur esse. Si uis perfectus esse, uade, uende omnia que bes, &c. Dicit et Tertul. in definitionibus ecclesiasticis dogmatum cap. 71. Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare. Melius est pro intentione sequendum minum in simul donare, & absolutum sollicitudine aucto sto egere. Religiosorum paupertas conformis est uite sacerdotum, & apostolorum, qui habebant omnia communia. habitum est arti. praecedenti. Et omnia quodammodo habuidetur, qui suis contentus est, quiue nullius eget: ut de mitiis discipulis dictum est ibidem. Nec turpi(ut ait) quietu, sed humili alij sibi uictum parant: licet eis iure debito. Nam dominus ordinauit his qui euangelium annunciant, euangelio uiuere.

Vides itaque quam eximijs, quam diuinis rebus induitur religio, cœlesti, & non humano tantum consilio introduceta. Si quæ uero his substantialibus addita sunt, non nisi istorum obseruantiam conducunt, quæq; ut sepe uineat, & consita hortos muniunt, ne diripiatur possessio: Ita munera illa obsepiunt religionis fundamenta. Quæ et si ab hominibus exco^gitata sint, multa tamen ratione, & diuino spiritu suggestente, sunt constituta, quamobrem diligenter perficienda, & non contemnenda. Artic. 3.

RHET.

Nouitius est monachismus iste, non a prima uis obseruatus.

THEO.

Probauimus apostolos & quosdam primos discipulos in obedientia, & castitate, sine proprio uictus esse.

gioſorum more. Quid autem alij de primæuo illo Mona= chismo dixerint, non pīgeat audire, inquit enim Dionys. G. ca. par. 2. eccl. hierar. Quos sancti præcessores nostri The= rapeutas. i. cultores, à syncero Dei famulatu atque cultu ap= pellarunt, nos Monachos uocamus ab indiuidua & singu= lari uita, qui post abrenunciationem secularium & munda= norum, exposito illis statu excellentissimæ uitæ, postquam promiserant eū consummandum, consignati signo crucis, crinibus detonſi, exutiq; priori ueste, & alia induiti à sacer= dote benedicebantur, et ad deificam cōmunionem uocaban= tur. Dicit quoque Hierony. lib. 2. ca. 39. contra Iouinia. Di= uum Marcum in eremo Aegypti instituisse Monachos, qui bus aqua potus, panis cum sale et hyssopo cibus fuerat. Nar= rat etiam Euseb. in hist. eccl. lib. 2. cap. 17. de discipulis pri= mæuis, quòd renunciabant cunctis facultatibus suis, & bo= nis suis cedeabant. Tum deinde, quòd omnes etiam uitæ soli= citudines procul abiiciebant, & extra urbem egressi hortu= lis uel exiguis quibusque agellis degebant, refugientes im= paris propositi consortia, & uitæ dissimilis contubernia. Porro iosephus. secunda Iudaicæ captiuitatis hist. & li. 18. antiquitatum, tria describit genera Iudeorū, Pharisæorum, Saducæorum, & Essenorū, quorum nouissimos miris ef= fert laudibus, quòd ab uxoribus & carnibus semper absti= neant, & quotidianum ieiuniuim uerterint in naturam. Ha= beletur etiam in actis apostolorum, quòd erant in Hierusalem habitantes uiri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. Quod quidem uerbum religiosi, exprimitur ad denotandum discrimen ab alijs: licet omnes religione Mosaicæ legis tene= rentur. Constat ex his Monachismum rem non esse nouitiam; sed tam noua, quam ueteri lege, immo ipsius Saluatoris do=

DE INST. AC VOT. MONAST.

Etrina pariter comprobata, atq; à temporibus aporum roboretam, aductam. & exultam fuisse. Dicitq; Philo Pythagoricus, de quibusdam hebreis christiani habet historia tripartita lib. i. cap. ii. eos cedere omnib; competentibus rebus, cunctisque abrenuciare pernibus, & extra muros in solitarijs agris & horis indecare: domos autem eis esse sacraria, que apud nos moneria nuncupantur. Et in eis conuersatione solitaria, hodie celebrare mysteria, diligentèque psalmis & hymnis hore diuinitatem, & ante solis occasum, non gustare alios autem per tres dies et amplius, certisque diebus uimento habere cubilia, uino semper & sanguinem hostibus abstinere, cibum eum esse, panis & salis, & hymnus & potum aquæ.

Articulus. 4

RHET. Non uerentur aliqui religionis professione æquiparare baptismum.

TEHO. Non uideatur tibi magni id esse criminis: Est. n. 10. quædam spiritualis regeneratio. In baptismo quidem reniciatur Satanæ, & omnibus pompis eius, & nouus surrexit homo, qui secundum deum creatus est in iustitia sanctitate ueritatis. Conseptuli, inquit apostolus, sumus enim Christo, per baptismum in mortem, ut quomodo ille surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate ambiemus. In professione uero monastica, etiam quæ in seculo uti licuisset, renunciatur. Et anima, corpus, corporalemque substantiam dedicat deo profitens, offerens in locauit illa domino: quare merito poterit baptismum comparari, quāvis non omnino æquiparari debeat. Art.

RHET. Tempore Hieronymi libera erat collegia, postea corrupta disciplina, uota addita sunt, ut

quam excoigitato carcere, disciplina restitueretur. Monachicq; institutum tempore Hieronymi, longe diuersum erat ab hoc quod hodie uidemus cæ remonis obstrictum. Manebat integra potestas migrandi demigrandiq; quo uellent: ad studium, ieunia, psalmos, & uigilias non cogebantur hominum constitutiunculis. Vestitus, non præscriptus, sed suo cuique arbitrio stmplex erat, nō qui prodigiosa nouitate faceret insignem, uotorū nulla uincula, &c.

Miror unde Erasmus hæc sibi persuaserit. Agit autem THEO. ut quemlibet minus cordatum ab illo uitæ genere suscipiendo deterreat. Damnat. n. unusquisq; studium quod deseruit. Et ne ipse accusetur, omnes condemnat qui illud prosequuntur. Esto, fuerint tempore Hiero. quædam collegia libera, sunt et modò. Vota superaddidit non prælatorum solertia, ut disciplina restitueretur: sed uouentium feruens deuotio, que animi lubricam inconstantiam uoluit firmare in bono: nec non domino, non tam rem ipsam, quam dādi arbitrium holocaustū offerre. Néue columbarium patens fieret monasteriu. Quæ uero de instituto monastico tempore Hieronymi affers, ex ipsius Hieronymi testimonio repellam. Ait quippe ad Rusticum monachum par. 3. epist. 39.

Ad illud tendit nostra oratio, ut doceam te, non tuo arbitrio dimittendū, sed uiuere debere in monasterio sub unius disciplina patris, consortioq; multorum, ubi ab alio discas humilitatem, ab alio patientiam: hic te silentium: ille doceat mansuetudinem. Non facias quod uis: comedas quod iuberas: habeas quantum acceperis: operis tui pensa persoluass: subiçiaris cui non uis, lassus ad stratum uenias: et necdum

DE INSTI. AC VOT. MONAST.

expleto somno surgere compellaris, dicas psalmum in u
ne tuo: seruias fratribus tuis, & hospitum pedes laues
sus iniuriam taceas: præpositum monasterij timeas, ut
num, diligas ut parentem. Credas tibi salutare, quicquid
præceperit. Nec de maioris sententia iudices, cuius
est obedire & implere quæ iussa sunt. Idem quoque Hi
nymus ad Eustachium, de uirginitate seruanda. par. 3.
26. sic ait. Tria sunt in Aegypto genera Monachorum.

Primum Cœnobite qui in cōmune uiuunt: Secundum
Anachoretæ qui soli habitant per deserta. Tertium
nus quod Remoboth dicūt. Hi bini uel terni, nec multi
res habitant. De cœnobitis uero sic prosequitur. Prima
eos confoederatio est obedire maioribus, & quicquid
rint, facere. Diuisi sunt per decurias, atque centuriā
nouem hominibus decimus præsit. Et rursus decem præ
sitos sub se centesimus habeat. Manent separati scilicet
lulis usque ad horam nonā, ut institutum est. Nemo per
ad alium, exceptis his decanis quos diximus, ut si cogitat
nibus quis fluctuat, illius cōsolidetur alloquijs. Post horam
nonam in cōmune concurritur: psalmi resonant: scriptura
recitantur ex more. Et completis orationibus cunctis que
sidentibus, medius quem patrem uocant, incipit discursum.
Quo loquente, tantum silentium fit, ut nemo alium respon
dere, nemo audeat excreare. Dicentis laus in fletu est audita
tum. Tacitè uoluuntur per ora lachrymæ. Et ne insig
nitus quidem erumpit dolor. Cū uero de regno Christi, &
tura beatitudine, & gloria coeperit annunciare uentura
deas cunctos moderato suspirio, & oculis ad celum le
tis, intra se dicere. Quis dabit nobis pēnas sicut colibē,
uolabo & requiescam: Post hæc conciliū soluitur, & in
queque

q̄q; decuria cū suo parēte pergit ad mēsam. Quibus per sin-
gulas hebdomadas uiciſſim ministrat. Nullus in cibo strepi-
tus est. Nemo comedēs loqtur. Viuitur pane, leguminibus,
et oleribus, quæ ſale ſolo cōdiuntur. Vinum tantū ſenes ac-
cipiunt, quibus cū paruulis ſaþe fit prādium, ut illorū feffæ
ſuſtētetur etas, aliorū nō frangatur incipiēs. Dehinc cōſur-
gunt pariter, & hymno dicto, ad præſepia redeūt; ibi uſq;
ad uesperā cū ſuis unuſq; loquitur, & dicit. Vidistiſ illū,
& illum, quāta in ipſo ſit gratia, quātum ſilentīū, q̄ mode-
ratus icessus? Si infirmū uiderint, cōſolantur. Si in Dei amo-
re feruentē, cohortantur ad ſtudiū. Et qa nocte extra ora-
tiōes publicas in ſuo cubili unuſq; uigilat, circueunt cel-
lulas ſingulorū, & ante appoſita quid faciāt, diligenter ex-
plorat. Quē tardiorem deprehenderint, nō increpat: ſed
diſimulato qd' norunt eū ſaþius uifitant, & priuſ incipien-
tes prouocāt magis orare, q̄ cogunt. Opus diei ſtatutū eſt,
qd' decano redditū fertur ad oeconomū, qui & ipſe per ſin-
gulos mēſes patri oīum cum magno tremore reddit rōnē.
A quo ēt, cibi cum facti fuerint, deguſtantur. Et quia nō li-
cet dicere cuiquā, tunicā & sagum, textaq; iuncis ſtrata nō
habeo: Ita ille uniuerſa moderatur, ut nemo qd' poſtulet, ha-
beat. Si uero quis cooperit ægrotare, trāſfertur ad exedram
latiorem, & tanto ſenū ministerio cōſouetur, ut nec deli-
tias urbiū, nec matris qrat affectū. Dñicis diebus, oratio-
ni, tantū, & lectionib⁹ uacant: qd' quidē & omni tpe cō-
pletis opuſculis faciunt. Quotidie aliqd de ſcripturiſ dici-
tur. Ieiuniū totius anni æquale eſt, excepta quadragēſima.
in qua ſola conceditur ſtrictius uiuere. A Pentecoste cœnæ
mutantur in prandia: quō & traditioni ecclesiasticæ ſatiſ-
fiat, & uentrem cibo non onerent dupliſato.

E e

DE INSTIT. AC VOT. MONA.

Simile refert Aug. lib. 1. de mori. eccl. c. 31. de monachis
in oriente, et in Aegypto, dicens. Quis non illos miretur
praedicet, qui contemptis atque desertis mundi huius illecebris
ad coem uitam castissimam, sanctissimamque congregati, si
etate agunt, uiuentes in orationibus, et lectionibus, in
ffutationibus, nulla superbia tumidi, nulla pertinacia turbi-
lenti, nulla inuidia liuidi: sed modesti, uerecundi, pacati, in
cordissimam uitam, et intetissimam in Deum gratissimum ma-
nus ipsi offerunt: a quo ista posse meruerunt. Nemo quisque
possidet proprium: nemo cuiquam onerosus est. Operis
nibus ea quibus et corpus pasci possit. Opus autem suum
dunt eis, quos decanos uocant. Conueniunt autem diei tpe
mo, de suis quisque habitaculis, dum adhuc ieuniunt, ad
diendum suum patrem. Et conueniunt ad singulos patres (q.
non solum sanctissimis moribus, sed et diuina doctrina excol-
lentissimi sunt) terna ut minimum hominum milia. Nam et
toto numerosiores sub uno agunt. Audiunt autem incredibili
dio, summo silentio affectiones aiorum suorum, per eos pe-
lerit differentis oratio, uel gemitu, uel fletu, sed modesto, et
clamore uacuo, gaudiu signantes. Corpus deinde reficitur,
quantum saluti et salubritati sat est, coercete unoquoque
piscientia, ne se profundat, uel in ea ipsa que prestat sumptu-
ca, et uiliissima. Ita non solum a carnibus, et uino abstinetur
pro sufficietia domandarum libidinum: sed ab his et quae
toto concitatius uentris, et gutturus prouocat appetitum, quia
quasi mundiora nonnullis uidetur, quo no[n] solet turpe des-
iderium exquisitorum ciborum, quod a carnibus alienum est, rudi-
eule, turpiterque defendi. Sanè quicquid necessario uictui restat,
(nam redundant plurimum, ex operibus manuum, et epulorum
restrictione) tanta cura egentibus distribuitur, quant-

no ab ipsis qui distribunt operatum est. Sed et de monacharum
conventu sic habet ibidem Aug. Hæc est et uita fœminarum
Deo sollicitate, casteque seruientium, quæ habitaculis segregatae,
ac remote, à uiris quam logissime decet. Pia tantum illis cha-
ritate iunguntur, & imitatione uirtutis: ad quas iuuenium nul-
lus accessus est. Neque ipsorum quamvis grauiorū, et proba-
tiſimorū ſenum, niſi uſque ad uestibulum, neceſſaria preben-
di quibus indigent gratia. Lanificio namque corpus exercet,
atque ſuſtentat. Vefteſ quoque ipsas fratribus tradiunt, ab his in
uice quod uictui opus eſt reſumentes. Quid uero Chrys. ad
uersus uituperatores uitæ monasticæ iter cætera ſcripſerit,
no pīgeat audire. Nullus, iquit, ibi, ſ. in monasterio, paupera-
tē exprobratur: nullus diuitijs honestior eſt. Vnde id quod oīa
peruortit meum, & tuum, penitus eliminatum, cuncta illis
comunia, menſæ, domus, indumentum, & omnia: ueluti &
quada libra & regula cuncta diligenter ſunt ordina-
ta, nulla inæqualitas, ordo ſummus. Praescripsit & Basilius
magnus monachorum regulam, contemporaneus Grego-
rī Nazianzeni, cuius ipfe Hieron. fuit auditor.

Liquet ex his monachorum instituta priorum, no dispre-
pare a nostrorum monachorum institutis, licet pro loco &
tempore, ac fine, in quibusdam uariata, & moderata ſint. Si uero
monachorum nostrorum uita cum suis institutis conueniat, ipſi
uiderint. Verum hoc tempore, no tam culpandi ſunt monachi, de-
plangenda uitæ, quam ipſorum parentes, qui cum exonera-
ri cupiunt a filiorum turba, querunt non ubi sanctius, ſed
ubi delitosus uiuitur.

Articulus 6.

Hæc quæ seruari no redarguo: ſed ad ea aſtrin R H E T.
giuoto, dico scripturæ no eſſe coſentaneum: Nam
coacta seruitia no placet Deo: ſed hilarem datorē

DE INSTIT. AC VO. MONA.

2.cor.9

2.cor.7

Sapien. 8

THEO.

Luc.9

gene.19

diligit Deus. Prætereà Paulus dat facultatē nubidi ei q̄ cōtinere nō ualet: siue ei qui hoc donū singulare nō habet, cū dicat sapiens: Sciuī quo aliter continens esse non possum, nisi Deus do

Hanc uocē à Lāperianis mutuasti, qui uolūt oīa uoli, quos imitatus est & Vuicleff, dicens religiosos in religionibus priuatis, nō esse de religione christiana. n. dicat Psalmista. Volūtariē sacrificabo tibi, uolūt h̄ ex necessitate, sed liberē fieri. Quamobrē ait & Luther uota hodie nō ualere, nisi ad iactantiam. Qui uero sūt Apost. appellabant, dixerunt perfectius esse uiuere h̄to, q̄ cum uoto. Cēses aut̄ tu uitam religiosam rem proesse, & utilem; uotum aut̄ cum præfatis dissuades: quod eo resilire nō licet. Quāero cū uotum firmet qđ rectum quid habet unde dānetur? Ait Saluator. Nemo mittens num ad aratrū, et aspiciēs retrō, aptus est regno Dei. Q̄ & uxoris Loth exēplo roboratur, que retrō aspiciēt, statuam salis cōuersa est. Vbi glo.interline. Ad cōdimicū fidelium, pœna impij eruditio iusti. Et Isid. Vxor, eorum nūs figurat, qui gratia uocati retrō aspiciunt, & ad ea quā reliq̄rant, redire cōtendunt. Ne itaq; uolubile & incūs hoīs liberum arbitriū à cōcupiscentia illectum à bono cōcepto, seu inchoato se retrahat, qui toto affectu & Deo dicare cupiunt, uota addunt: rem pariter ac firmatum ā Deo offerētes. Nec uotum tollit libertatē operis: sed angūlia uoluntariē & sp̄otaneē rē offert, & illam spontaneū uoto firmat. Si dicas, resilire non pōt à iam promisso. Non itaq; uoto soluitur, aut agitur, liberū est: quia sp̄otaneū suo principio, quia liberē nō coacte uouit, ac illam spontaneū

TITVLVS XXXXIII.

neam operationē liberē uoto firmauit. Felix est aut̄ neceſſitas quae ad meliora cōpellit: ut dicit Aug. in epist. ad Armētarium et Paulinā. Facit pr̄terea uotū eū actū, qui uoto firmitur, esse latrīe, q̄ est pr̄cipua uirtutū moraliū. Reddit ēt arborē cum fructibus: ut habet Ansel. in li. de similitu. Quā obrē ait Aug. in epif. p̄fata. Nō te uouisse p̄eniteat: imo gaude iam tibi sic nō licere, qd' cū detrimento tuolicuisset. Si nullū accresceret meritū per uotum, ipsum non cōsuleret Regius propheta, dices, Vouete et reddite dño deo uestro. Psalmus Quā acceptū habeat Deus uotū, docet dices: Siq̄s uotū uo Nume. 3 uerit dño, aut iuramento se cōstrinxerit, non faciet irritam uerbū suum: sed omne qd' promisit implebit. Diffusius hoc ipsum declaratur de singulari rerum uotis, Leuit. 27. Quā Eccle. 65 obrem ait Salo. Siqd uouisti Deo, ne moreris reddere. Displacet ei infidelis, & stulta promissio. Sed quodcunq; uoueris, redde. Multoq; melius est non uouere quām post uotum promissa non reddere.

Articulus 7.

Rem temporalem Deo deuotam inueuio: nō RHET. autem cōlibatum, aut uirginitatem.

Si de re minori, t̄pali. s. uotū dño facere cōgruit: quare THEO. nō de re potiori. s. alia, per obediētiā, aut de corpore per castitatem? Miror quo nō memineris Nazareos domino consecratos fuisse, ut Samuelē, Sampsonem, & alios. Art. 8.

Hos noui domino deuotos & consecratos: RHET. non autem ut cōlibem uitam ducerent.

Beata uirgo Maria nōnne ad cōlibatū se astrinxisse tibi uidetur, cū ait angelo. Qūo fiet istud, quoniam uirū non cognosco: Hoc. n. interpretatus Aug. in lib. de sancta uirgi seruan. ca. 4. sic ait. Profectò hoc nō diceret, nisi se uirginē Deo ante uouisset. Cuius sñiæ sunt et Greg. Nisenus, et Be-

DE INSTIT. A C V O. MONA.

da: quemadmodum eos citat beatus Tho. in catena
super eodē loco. Nō aut̄ obstare potuit cōceptui, aut̄ poi
iuuenilis uirginis natura: sed uirginitas p̄cōcepta/ea
da, quā tñ diuino arbitrio cōmisit, ne uideretur agere in
legē. Vbi maledicta reputabatur sterilis. Nō ergo mirum
deatur cuiquam, si huius Deiparæ uirginis exēplo, con-
uirgini se aliqui ad cōelbatum uoto astringant, cū ē non
mus filiā Iepte, ex uoto patris uirginē obijisse. Virginitas

2.timo.5

quoq; Vestalibus nubere non licuit. Dicit proinde Paulus.
Adolescētores uiduas deuita. Cū n. luxuriata fuerint
christo nubere uolunt, hñtes damnationē: quia primam
irritam fecerūt. Quō aut̄ primam fidē irritam fecissent,
quam damnationē incurserent: nisi uoto se astrinxissent
castitatis, dum assumerentur alendae ab ecclesia? Siquidem
liberæ cōtinentiae seruandæ propositū citra uoti obligatio-
nem habuissent: ab illo recedentes, damnabiliter non pec-
sent, cū id in eorum arbitrio liberum esset. Non enim ini-
tam fidem facit, qui non dedit. Articulus 9,

RHE T.

Paulus eas uiduas dānat, non qā nubebant, sed
quia ē publico alitæ lasciuiebant fidem qā abnōce-
bant. Et hoc uocat Paulus primam fidem, nō
cum castitatis: sed christianismi transgressio-

THEO.

Quis patrū hoc tecum senserit, adducere oportet
rum cū nō haberet, nō citasti quēquam qui tecum textum
Pauli deprauaret. Secundū Ambro. Chrys. & Theoph. in
aliorū interpretationes, uiduae de cōmuni stipe alite, uoti
castitatis emiserunt: quam fidē qđam irritam fecerunt nub-
tes, et damnationē secum hñtes: ut ēt habes infr. art. II. Vi-
etaq; uiduae ab ecclesia alendae, castitate professae sunt, ablo-
num nō uidetur, si uirgines spōsas se offerentes Christo

ipſæ uirginitatem uoueant: hoc quoq; apost. ipſe factum le= gimus. Nam Ephigeniam uirginem regis Aethiopie filiā, Apost. Matt. post ſuceptum baptismū, sancti uelaminis im= poſitiōe Deo cōſecravit. Et s. Martialis dñi diſcipulus bea tam Valeriam uirginē ſacro uelo apud Lemouicas dicitur cōſecrata. Beatus quoq; Amb. de instit. uirginis. c. 17. Vir gines, inquit, cū ſe Deo dicabant publicē à ſacerdote ipſas uelante cōſecrabantur bñdictione, certisq; uerbis rite pro= latis ab eo uniueroſoq; populo teste, rñdente, et acclamante, Amen. Idem ipſe ad uirginem lapsam. ca. 5. ſic inquit. Non es memorata diei ſanctæ reſurrectionis, in quo diuino alta= ri te obtulisti uelandam. In tanto itaq; ſolēni cōuentu ecclē ſiae Dei, inter limina illa ſplendida, inter candidatos regni cœleſtis, quaſi regina regi nuptura proceſſeras. Nō es me morata qualis allocutio facta eſt illa die ad te. Aſpice filia, & intuere, & obliuiscere populu tuum, & domum patris tui: & cōcupiſet rex decorē tuum: quia ipſe eſt dñs Deus tuus. Aſpice ergo quantus ad ſpōſi tui & dñi nuptias cōue nerit populus. Seruare te oportuit fidē, quam ſub tantis testi bus pollicita eſt. Semper cogitare cui uirginitatem ſpōde ris. Facilius te oportuit ſanguinē cum ſpiritu fundere, quā perdere caſtitatē tuam. His tunc illo die cōſecrationis tuæ, diſtiſ & multis ſupra caſtitatē tuam præconijs, ſacro uela= mine teſta eſt. Vbi oīs populus dotē tuam ſubſcribens, non atramēto: ſed ſpiritu pariter clamauit, Amen. Nam ſi inter decē teſtes conſectis ſponsaliis, nuptiis cōſummatis, quæuis uiro fœmina cōiuncta mortali, nō ſine magno periculo per petrat adulteriū: Quid putes fore, ſi inter innumerabiles teſtes ecclēſiae, corā angelis, exercitibus cœli, facta copula ſp̄italis, p adulteriū ſoluitur? Nescio an poſſit ei digna mors,

DE INSTIT. AC VO. MONA.

aut poena cogitari. Cui adstipulatur et illud Tertul. An
uetustioris in lib. de uirgini. uelandis. Nupsisti Christi
tradidisti carnē tuam, illi sposasti maturitatē tuam: in
secundū spōsi tui uoluntatē. Christus est qui alienas spō
& maritatas iubet uelari: multò magis suas.

His cōsonant & cōciliorum decreta. Dicitur nam
cōcilio Earthag. 4. ca. ult. V iduæ quæ se Deo deuouer-
uerte laicali abiecta, si ad nuptias trāsierint, secundū Apo-
stoli uocē damnationē habebunt: quoniā fidē castitati
dño uouerunt, irritam fecerunt: Dicitur et in concilio
leta. 4. ca. 55. Duo sunt genera uiduarū, seculares, &
ētimoniales. Seculares uiduæ sunt quæ adhuc disponen-
nubere, habitū laicalē nō deposuerunt. Sanctimoniales
quæ iam mutato habitu seculari, sub religioso cultu, in con-
spectu sacerdotis, et ecclesiæ apparuerūt. Hæ si ad monia
transierint, iuxta Apostolū, nō sine damnatione erunt. Si
& alia cōcilia quæ docēt nuptias his damnandas, qui semper
se dño deuouerunt: utputā cōcilium Valentii. cap. 2. suorum
decretorum: cōcilium Auraicen. ca. 27. &. 28. Cōcilium An-
relianen. cap. 17. & concilium Elibertinum. cap. 13.

Cūm igitur mulieres religiosæ uirginitatē uouerint,
spicūt est uiros religiosos idē fecisse: eos præcipue q̄ pro
sus se Deo Dedicabant ad illud uitæ genus perpetuō ob-
uandū. Hoc sentit Aug. super psal. 75. tractans hec uerba.
Quia primam fidē irritā fecit. Nemo, inquit, frater in mo-
nasterio positus dicat: recedo: cūm nō soli qui sunt in mo-
nasterio sint peruenturi ad regnum cœlorū: & illi qui ibi non
sunt ad Deum nō pertineant. R̄ndetur ei: Sed illi nō uoue-
runt. Tu uouisti, tu retrō aspexisti. Meminisseq; debes uox
ris Loth quæ liberata à Sodomitis, & in uia posita, retrō

sum aspexit, ubi respexit, ibiq; remansit.

Vidēsne morē uota suscipiendi in monasterijs fuisse usitatū usq; ad tpe Augu. à tpe Apostolorū: ut habes supradict. 3. huius ex Dionysio. Non erant itaq; eo tpe collegialiter omnia: nec inficior sodalitates aliquas, etiam monachorum fuisse, & esse, quæ in maxima uitæ probitate, & sanctitate, sine uoto militarunt, & militant. Arti. 10.

Seruitia coacta nō placent Deo: hilarem uero R H E T.
datorem diligit Deus.

2.cor.9

Absit ut coacta haec dicantur seruitia, quia uoto firmantur. Constat nēpe uouentē maiore quodam animi conatu, & propensiōe uolūtate præstisſe, quā qui rem nudā derit. Nam rei firmum aiūm nō imutandum addidit: quā obrem bis dedisse existimatur. Dat & hilariter secundum illud. Lætatus est populus ualde, cūm uota sua sponte promitterent. Narrat quoq; Hiero. ad Marcellum de laudibus Aselle. 3. par. epist. 21. q; solitudinē putaret delitias. Nihil illi seueritate iucundius: nihil suauitate tristius: nihil tristitia illi suauius. Et siqñ sensus obnittitur, manet adhuc uirtute primi animi prompta uoluntas, quā Deus non obliuiscēs acceptat: ut est uidere arti. 6.

Articulus II. i.cor.7

Dat facultatem nubendi Paulus ei, qui se continentē nequit.

Audi quid tibi r̄ndeat Ambro. ad uirginem lapsam scribens. ca. 5. Dicit aliquis. Melius est nubere, quam uri. Hoc dictum ad nō pollicitam pertinet, ad nōdum uelatam. Ceterum que sponte se spropōdit Christo, & sanctū uelamen accepit, iam nupsit: iam imortali coniuncta est uiro. Etiam si uoluerit nubere cōmuni lege cōiugij, adulteriū ppetrat, ancilla mortis efficitur. Si hoc ita est, qd de illa dicendū est;

DE INSTIT. AC VOT. MONAST.
quæ occulta & furtiva turpitudine cōstupratur, et fungi
esse qđ nō est? Habitum virgo, factū nō virgo: bis adulterū
& in actu & in aspectu. Dicit quoq; Aug. in psal. 75:
Ius dixit: Adolescētulas uidentur nubere, si uelint. Sed
quodam loco: Beator erit, si sic permanferit: nō tñ dā-
dam, si nubere uoluerit. Quid aut̄ ait de quibusdā que-
uerunt, & nō reddiderunt? Habētes (inquit) dānatione,
primam fidē irritam fecerunt. Quid est, primā fidem irri-
tam fecerunt? Vouerunt, et nō reddiderunt. Idem Aug.
fus in psal. 83. Quid rursus cōuerteris ad uomitum
Si canis hoc faciēs horret oculis tuis, tu qđ eris oculis?
Vnusquisq; n. fratres charissimi de loco itineris sui, ad
proficiendo puenit, & quē uouit Deo, inde respicit
cūm ipsum dimiserit. Verbi gratia: Statuit castitatem
lēm seruare: inde n. incipit iustitia, recepsit à fornicatione
bus, & ab illa illicita imunditia, qñ se ad fornicationes con-
uerterit, retrò respexit. Alius ex munere Dei maius aliquā
uouit, statuit nec nuptias pati, qui non dānaretur si duxeret
uxorē. Post uotum qđ Deo promisit, si duxerit, dānabitur
cūm hoc faciat qđ ille qui nō promiserat, tñ ille nō dāne-
tur, iste dānatur. Quare? Nisi quia iste respexit retrò, lē
ille antē erat: iste aut̄ illuc nō dum puenirat. Sic virgine
si nuberet: nō peccaret: sanctimonialis si nupserit,
adultera reputabitur. Respexit. n. retrò de loco quo accelle-
rat. Prætereā si homini promissum præter eius cōsensum ir-
ritare nō licet: quis tuta cōscientia qđ Deo uouit, trāsgredi
præsumet? Ruina hoīs (ait rex Salomon) est denotare san-
Proue. 20 ctos, & post uota retractare! Ait quoq; Aug. in ser. 60:
fratres in eremo, Ego quidē sum monachus, qui desuī eſſe
secularis, & factus sum monachus: aut monachus salvus,

TITVLVS XXXIV.

222

aut aliter nō saluor, nō est aliud medium. Si uoluero dimit-
tere uitam monachi, & sequi seculare, nō habebit me dñs
quasi secularem, sed quasi præuaricatorem. Arti. 12.

Vouere continentia præsumptuosum est. Cū R H E T.
enim donum Dei sit, ut ait Sapiēs, in nostra non Sapien. 8.
est situm potestate seruare castitatem.

Hoc tu Elencho uanū probares uotum qđ in baptismo THEO.
emisimus, supuacanea foret fides, quā sibi mutuo spōndent
cōuges. Oia quoq; inania essent pacta humana, cū sine Dei
adiutorio seruari, aut impleri nequeāt. Itaq; ista promitti-
mus, scientes Dei adiutorium nobis non defuturū, ueritate
dicēte. Petete et accipietis. Et Paulo attestante, qui ait. Oia Ioan. 16
possum in eo qui me cōfortat Deus: modò tñ fecerimus qđ Philip. 4
nostrum est. Quidam Deo impingūt, si donū ipsum nō ha-
beant cōtinente, diuinā bonitatē calūniantes. Qui ideo do-
num ipsum nō hñt: quia ut habeant opera nō impendunt,
orationibus, uigilijs, ieconijs, aut abstinentijs nō uacantes, à
cōsortijs puellarum se nō cohibētes. De quibus ait Hiero.
cōtra Iouin. lib. 2. ca. 37. epist. 6. par. 1. Siquis existimat, &
abundantia ciborum, potionumq; semp frui, & carnis lu-
bricum nō sentire, hoc est, uersari in delitijs, & delitiarum
uitijs nō teneri, seipsum decipit. Cū n. procul ab his remo-
ti, sepe capiamur naturæ illecebris, et cogamur ea cupere,
quorum copiam nō habemus: quātomagis si circundati re-
tibus uoluptatum, esse nos liberos arbitremur? Sensus no-
ster illud cogitat qđ uidet, audit, gustat, attractat, et ad eius
retrahitur appetitu, cuius capitur uoluptate. Vetus quoq;
sñla est. Difficile est, imò impossibile, delitijs & uoluptati-
bus affluentes nō ea cogitate quæ gerimus. Meminisse opor 2. cor. 12
tet Paulū à stimulo carnis ab angelo Sathanæ colaphizatū,

DE INSTI. AC VOT. MONAST.

quem oratione & uigilantia: et si non abegit, uicit tū. itaq; Deus incusandus est, quasi donū cōtinētiae nō dāre paratus est idoneo) sed nostra negligētia arguerat, quæ nō agit qđ debuit, ut Deus daret. Casti nō sū, nō quia nō possumus, sed quia nō uolumus, ait Augustinus peccata remis.ca. 17. Vide suprà, tit. 12. arti. 3. Art. 11.

R H E T.

Cur sic effers cōtinētiae uotū, atq; ad ipsū plū uocas, qđ qđ paucissimi obseruāt? Vbi sacerdos ueri coelibes: Vbi monachi, qđ sua p̄stāt uotāb̄is planè id iudicamus qđ Cypri. epist. 11. uirginis cōcedit, dicēs. Quę se xp̄o dedicauerunt, si p̄stāt & castē p̄seuerent, p̄miū uirginitatis expectantia aut̄ p̄seuerare nolūt, aut nō posſunt, melius emnubant, qđ in ignem delictis suis cadant.

T H E O.

Si clauū clavo retundere licet: Vbi sunt (oro) reges re publicā debito officio administrātēs? Vbi populi nō suā modā qrentes? Vbi principes in tyrānos nō degenerantur? Vbi iudices sine p̄sonarū acceptione iuste iudicantes, et nō in muneribus? Vbi mercatores fuso mercē nō adulterantur? Vbi operarij fidi? Vbi cōiugati castum & īmaculatum seruātes? Oēs declinauerūt: simul inutiles facti sunt, est qui faciat bonū usq; ad unū. Statum aut̄ & cōditionem hoīum calumniatur nemo, sed p̄sonae delictum reprehenditur à nobis. Verū hoc tibi cogita dictum calūnianti, qđ illiæ zelanti dictum est per dñm. Reliqui mihi septē milia iurorum, qui nō curauerūt genua ante Baal. Iudea quoq; præditio apostolorū senatum cōmaculare nō potuit. Cypri. proinde, quę citasti, nō illa loquitur de uirginibus sacro uel ne cōsecratis: sed de his quæ in baptismo uirginitatis p̄petuū habuerunt, Sic. n. habet. Postulasti ut tibi rescriberemus

Psalmus

3. reg. 19

quid nobis de his uirginibus uideatur, quæ cū semel statum suum cōtinenter & firmiter tenere decreuerunt, detectæ sunt postea ī eodē lecto pariter māsisse cū masculis. Rñdet. Quòd si se ex fide Christo dedicauerunt, pudicè & castè, sine ulla fabula p̄seuerēt: ita fortis & stabiles præmiū uirginitatis expectēt. Si aut̄ p̄seuerare nolunt, uel nō possunt melius est ut nubant, quā in ignē delictis suis cadat. Notent uerba si se ex fide Christo dicauerūt, dicatæ quidem fuerunt ex fide Christo, quando sacrum baptisma acceperunt, Tunc enim liberum eis erat, uel in uirginitate perseuerare, & uirginitatis præmiū expectare, uel nubere. Post uotum uero uirginitatis in uelaminis susceptione emissum, damnable est illis non solum nubere, sed & uelle nubere; quēadmodū docent authoritates priori articulo citatæ. Art. 14.

Cū sit una religio christiana: uarias adducere RHET. religiones, est X̄pi inconsutilem tunicā scindere. Et qđ molestius est, nūc Cucullati se solos religiosos uocant, quasi soli religionis titulo gaudeant.

Ridiculā rem profers. Quis ambigit unā esse ecclesiam THEO, catholica: et tñ Ioānes plures docuit esse particulares, dum scripsit septē ecclesiis, q̄ sunt in Asia. Dicitur quoq; Paulus Actu. 14 & Barnabas cōstituerunt per singulas ecclesias presbyters. Quēadmodū itaq; nō incōuenit in una uniuersali ecclesia plures eē particulares ecclesias, siue in Asia, siue in Africa, siue alibi: ita non incōgruū est sub una religione christiana plures esse particulares religiones, ritibus, uestibus, aut institutis pro uarietate finis, ad quē ordinantur, distinctas. Sic una philosophia existēte, plura iueniūtur philosophorum genera: quorū quidā sunt Pythagorici: aliij Academicī. Et hi partiti inueniuntur in Stoicos, Platonicos, Peripates-

DE INST. AC VOT. MONAST.

ticos, aut Epicuræos. Oës tñ censemur philosophi: quod
modum in una ciuitate plures sunt familiae. Cumq; rego
dicatur à religando: uel à reeligendo: & religosi plu-
uotorum uinculis se Christo astrinxerint pluraq; pre-
ris elegerint, quibus se gratificare conantur Deo: nō eju-
sonum si præ alijs religiosorum nomen teneant. Art.

RHET.

Arctissimū genus monachorū ponit religionis
fastigiū in ceremonijs, in p̄digio lo uestitu, i ceto
numero psalmor̄, aut in labore corporali: quo
uita laboriosa, Iudaicis plena ē superstitionibus,
pocrisi, et falsar̄ opinionū: et ideo tutè deserip.

THEO.

Miror te uirum prudentem nō uereri ex manifeste
caluniā struere. Nō. n. religosi ponūt religionis fastigia
in p̄fatis: sed in diuino amore, sciētes quia finis p̄ce-

1. Timot. 1 est charitas. Oīa. n. pp charitatē, uel assequendā, uel aug-
tandam faciunt: ad hāc tanq; ad scopum oīa dirigunt. Qua-
cunq; apud eos ordinata, uel instituta sunt, cōducentia
ad charitatē, seu diuinum amorem. Separantur namq; ad illa
& cōmercio seculariū, ut soli Christo uiuant. Corpus deli-
nētijs macerant, et affligunt, ne delitiæ cōcupiscētias pro-
cent: lectionibus, orationibus, et psalmis uacat, ut affectus
excitetur & ferueat. Psalmis & cantu Deū laudent: libro
aliqñ corpus exercet, quia semp cōtēplationi uacare, &
ritum aliqñ nō remittere, nō est fragilitatis humanae. Ve-
tum habet abiectum, qui corpus ab iniurijs cœli pteget, &
uanitate mundi elogatum, ad īnocētiae & humilitatis indi-
cium, nō qui pōpam secularem redoleat. Priscos patres ei
in hoc imitantes. Nam si Baptistæ dñi amictum inspexeris,
agrestē et horridum uidebis. Si Iacobi fratriis dñi cultū at-
deris, linea tunica, pedibus nudis, capillosus, barba horri-

dus dicitur incessisse. Si ad Heliæ palliū, aut zonā pelliceāz
si Pauli Thebaidis palmulis cōtextam tunicā. Si ad magnō
Antonij cucullū, aut diui Martini pullā uestē, aut ad mona=
chorū Aegypti, et Syriæ rusticana indumēta oculos direxe=
ris, simplicia ac uilia pariter, & humilia inuenies. Nam cō=
uenit uestitum ipsum, indicare uite p̄fessionem. Plurimum
certe decederet eos qui tota uitæ ex professo à cōmuni uula=
go discrepant, cultu ipso esse similes. In sup cōuenit his quā
diuersis institutis uiuūt, amictum quoq; & cultum esse ua=
rium, & distinctū: ut ex illo cognoscatur cui familiæ unus=
quisq; sit ascriptus. Quid horū est superstitionum, aut hypo=
critis sapientis quid Iudaicum, ubi est formæ christi expressa
imitatio. Quid false opinionis, ubi oīs eliminari cōtēditur
error? Cæromoniæ si quæ sunt, his prouocantur, erudiūtur
& exercitantur qui eas obseruant.

Articulus 16.

Sūt qdā religioni adacti ante pubertatis ānos. R H E T.

Væ illis parētibus qui iuitos, i idoneos, aut sibi iuisos fi THEO.
lios, sic ante discretiōis ānos, ad religionē cōpellūt, qui ma=
gis cupiūt à filijs exonerari, q saluti eorū cōculere. Art. 17

Certissimū est nō esse licitū uotū quo sentitis R H E T.
qui uouet se mereri remissionē p̄ctōrū corā Deo,
& satisfacere p̄ petis. Nā hoc est cōtumelia euāge
lio: qd̄ docet nobis gratis donari remissionē pec=
catorū p̄p Xpm, dicente apostolo. Euacuati estis Galat. 5
à Xpo qui lege iustificamini, à gratia excidistis.

Iteratis uicibus deductum est primam. s. à p̄ctō iustificatio THEO.
nē gratis sine nostro precedēti merito: non autē sine nostra
cooperatione fieri, tit. 3. ar. 7. tit. 4. art. 15. Secunda uerò iusti=
ficatio, qua ex iusto fit iustior, nostris fit meritis, quēadmo=
dū & beatitudinis brauiū nosiris meritis datur. sc qm illud

DE INST. AC VOT. MONAST.

Roma. 2

Iaco. 2

Iaco. 2

1. cor. 15

RHE T.

THE O.

Luc. 7

Hebr. 11

Matt. 19

Apost. Nō auditores legis iusti sunt apud Deum, sed res legis iustificabuntur. Et Abrahā ex opibus, et non de tantū iustificatus est, ut ait Iaco. Idē rursus. Qui rit in lege pfectae libertatis & pmanserit in ea non obliuiosius factus, sed factor opis: hic beatus in factu. Vota autē & opa monastica, nō secus quā alia virtutia iustificant, aut saluant. Qui itaq; existimaret operanastica iustificare, aut saluare per se sine merito pauperis Christi: is blasphemā irrogaret euangelio et Christu uero afferit opera monastica, quēadmodū & alia opera iustificare et saluare uirtute passionis Christi, neq; Christo, neq; euangelio detrahit. Ait. n. Paulus: quisq; propriā mercedē accipiet scđm suum labore: Dū adiutores sumus. Et iterum: Abundantius oībus labora nō ego autem, sed gratia Dei mecum. Art. 18.

Falsum est q; obseruatiōes monasticæ sunt opa cōsiliorū euāgeliū. Nā euāgeliū non cōsuluit dīcīmen uestitus, ciborū abdicationē, ppriari renū abrenunciationē. Sūt. n. hæ traditiones humanae.

Obseruationes monasticas nō inficiaris (puto) opa uirtutis. Et illa sunt uel cōsiliū, uel præcepti euāgeliū. Ueritatē uestium, aut ciborū abstinentiā, is dicat cōsiliū diuini, qui nō nouit Christū de horrido uestitu, & uirtus admiranda, magis quā imitanda, Ioannē cōmendat. Qui nō sentit eos bene uitā peregisse, de quibus ait Apol. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustati, afflitti: quibus dignus nō erat mūdus. Is dicat nō cōsiliū euāgelici abrenunciationē propriarū rerū p̄fūstum, qui negat Christum cōsuluisse hanc adolescēti, dūceret. Si uis pfectus esse, uade, uende oīa que habes, & pauperibus.

pauperibus, & ueni, sequere me: & habebis thesaurum in Matt. 4 celo. Qui ignorat Petru, Andreu, & filios Zebedaei reliquise patre, & nauim cum retibus, et secutos fuisse Christu. Luc. 22 Qui non credit premiu a Christo promissum haec abrenunciantibus, ut sedeat super thronos iudicaturi. 12. tribus Israel, accipiuntque multo plura in hoc tpe, & in futuro seculo uita eternam. Discrimen aut uestium non dicimus aliquid habere Matt. 10 renuminis, sed quod ad innocetiae et humilitatis indicium sancti patres instituerent, eoque discernitur, cui quis sit mancipatus instituto: ut habitum est art. huius. Art. 19.

Miserabile est in ecclesia tales Pharisaicas uoces R H E T. auditi, aut legi. Perfectio euangelica, quae est regni euangelici, consistit in traditionibus humanis, in his stultis obseruationibus uestiis & similiis nugariis. Quia n. regnum Dei est iustitia, & uita, in cordibus hominum: ideo perfectio est crescere timore Dei, fiduciam misericordie promissae in christo: sicut Paulus describit perfectionem. Transformamur, inquit, de claritate in claritate tanquam a domini spiritu. Non ait. Alium cucullum accipimus, aut alios calceos, cilicium, &c. 2. cor. 3

Quem (obsecro) theologum legisti, dicente perfectione THEO. euangelicam consistere in traditionibus humanis, in uestitu, calceis, et similibus? Sed more tuo, uerum an falsum proferas, non curas, modum caluniam struere uidearis, ac detrahias religionis. Dicunt theologi perfectio euangelica in charitate consistere, secundum illud Apost. Super omnia charitate habentes, quod est unius perfectio. Principaliter quidem in charitate Dei, secundum Colos. 3 dario autem in charitate, et dilectione proximi. Qui uero abundantior charitate habet, is perfectior est. Ad hanc charitatem omnia legis precepta, et consilia ordinantur: quia finis praecepit. 1. Timot. 1 F

DE INSTIT. AC VOT. MONA.

pti est charitas. Et quidē legis præcepta remouēt qualia
charitati cōtraria. Cōsilia uero ad eam ordinantur
pedimenta remoueant actus charitatis, quæ tñ chariti
aduersantur, qualia sunt matrimonii, occupatio negoti
secularium, &c. Vnde Aug. in Enchiri. ca. 121. Quod
(inquit) mandat Deus, ex quibus unum est. Nō mœchali
ris. Et q̄cunq; nō iubentur, sed sp̄ciali cōsilio monentur.
quibus unum est, Bonū est homini mulierē nō tangere.
rectē fiunt cū referuntur ad diligēdum Deū, & proxim
pp Deum. Et inde est q̄ in collationibus patrum dixi
bas Moyses. Ieiunia, uigilie, meditatio scripturarū,
ac priuatio oīum facultatū, nō pfectio, sed pfectionis
mēta sunt: quia in ipsis nō cōsistit disciplinæ finis, sed po
la puenitur ad finē, dum ad pfectionē charitatis istis gra
bus ascēdere nitintur. Hoc ipsum ait & Hiero. ad Celari
de modo recte uiuendi. 3. par. epist. 22. Abstinētia adiu
tū est, nō pfectio sanctitatis. Tunc præclara est abstinentia,
tunc pulchra atq; magnifica castigatio corporis, cū eiā
ieiunus à uitijs. Idcirco à ciborum desiderijs mente reto
hunc sancti, ut totam eius uim occupent in cupiditate uirtutum. Iamq; minus ieiuniorū, & abstinētiae labore carcer
tit, alia esuriente iustitia. Nam ut uas electionis Paulus
castigat corpus suum, & in seruitutē redigit, ne alijs pelli
cans, reprobus iueniatur: nō ad solā (ut quidā imperiū p
tant) hoc facit castitatē. Non. n. huic tantūmodo, sed obli
oīno uirtutibus, abstinentia opitulatur. Neq; magna, aut ita
ta Apostoli gloria est nō fornicari: sed hoc agit ut castig
tione corporis erudiatur aīus: Quātoq; nihil ex uoluptu
bus cōcupiscit, tātē magis pos̄it de uirtutibus cogitare,
pfectionis magister ipfēctū aliqd in se ostēdat, Art. 20

Cū uideamus plerosq; in religione ipfctissimos, RHE T.
qū hi gloriantur se in statu esse perfectionis?

Aliud est esse pfectum, & aliud in statu esse pfectionis. THEO.
Perfectior est ille, qui charitate est eminētior. Ille aut̄ est in
statu pfectionis, qui obligatus est ppetuō ad ea quae sunt pfe
ctionis cū aliqua solēnitate. Nam status quandā imobilitatē
cōditionis importat, quā officiū in sui noīs rōne nō denotat.

Sunt itaq; duo hoīum genera in statu pfectionis. Sūt n.
quidā in statu pfectionis exercēdæ, ut episcopi, prælati. Di
cit.n.Dion.5.ca.eccle.hierar.Pōtificum quidē ordo cōsum
matiuus est, & pfectiuus, & pfectionis author. Alij sunt in
statu pfectionis acquirendæ, ut religiosi qui se Deo deuoue
runt, cū quadā solēnitate in holocaustum, quiq; ex statu suo
imobiliter obligantur ad qdam quae cōducunt ad perfectio
nē, quasi qdam pfectionis adipiscēdæ instrumēta. Quāobrē
Dion.6.ca.eccle.hier. dicit eorū statum esse pfectissimæ ui
te: quia lōgē alios antecellere oportet, cū id pmittat. Si ue
rō sic præcellant, aliquādo decernet, et iudicabit dominus.

Ex quibus elicio q; multi sunt in statu pfectionis, non
autē pfecti, ut prælati mali, & religiosi dyscoli. Sunt præ
terea multi pfecti, qui tamē nō sunt i statu pfectionis, ut ple
rig; vulgares, et plebei, qui aliquando multis episcopis, aut
religiosis (phpudor) sunt pfectiores, qā meliores. Art. 21.

Cū monachi somniēt se hēre multa merita sup RHE T.
erogationis, uēdunt, & applicāt alijs. Hoc ptextū
qd̄ obseruāt pcepta, & cōsilia euāgelica. Quare re
ipsa sentiūt sibi supesse merita: qd̄ p̄suptuosū est.

Falsum tuo more obijcis. Nemo dixit monachorum sibi THEO.
supesse merita, q; alijs uellet, aut posset impartiri. Nā solius
christi meritum alijs ualet cōicari, qui nō sibi, sed nobis me

DE INSTIT. AC VOT. MONA
ruit. Nos aut nobis, non alijs meremur, ut tractauimus;
arti. 7. Nullus praeterea de suo merito securus est, dum
Eccl. 9. lomone. Nescit homo utrum amore uel odio dignus sit.
2. Pet. 4. tro. Vix iustus saluabitur. Et rursus dicit Salomon,
Proue. 20 pote dicere, mundum est cor meum: Regius quoque propheta
Psalmus in persona domini. Cum accepero tempus, ego iustitas uidetur.
Qui uero gratis praeter suum meritum iustificatus est, potest
mereri poenae relaxationem, et gratiae augmentationem, in
aeternam: non tamen sine gratia Dei, aut sine merito patrum
Christi: ut habitum est titulus. 17.

Itaque nullus presumit merita sua alteri impedere:
Matt. 25 met, dicens cum uirginibus. Ne forte responde sufficiant nos
uobis. Verum quia unus pro alio ualeat satisfacere populo
brorum corporis Christi unionem, et communionem: Et non
pro alio ualeat orare, et intercedere: Hae alijs coicarer
sueuerunt religiosi, orationes uidelicet et satisfactions. In
hac coicatione scripsit et Paulus Corin. dicens. Et aquila
tate in pueri tempore uestra abundatia (scilicet terrenorum secundum gloriam
illorum, uidelicet discipulorum,) in opia supplet. Et uocatio
lorum abundantia (qui diuinis uocabant) uestra in opere
tali sit supplementum. Hoc uidetur et salvator docuisse, dicitur
Facite uobis amicos de manu iniquitatis: ut cum defensione
tis in hac uita, recipiat uos in eterna tabernacula. An

RHE. T. Allegatis per uestra opinione illud Christi. Quis
Matt. 19 qui reliquit patrem, aut matrem, aut agros, &c. populo
aut per euangelium, centuplum accipiet, & uitam aeternam
possidebit. Hoc nihil ad uos. Fit nam cōtumelia christi,
si putatis his fieri remissionem peccatorum, & mere
uitam aeternam. Ut autem intelligatur finis saluatoris, nouisque
duplex est desertio. Quædam sine uocatione

TITVLVS XXXIVI.

227

& mādato Dei, hāc nō pbat Xps. Nam opa à nobis electa, sunt iutiles cultus. Alia est desertio quae fit mādato Dei, s. cū cogit nos tyrānus. Hic habemus mandatū, ut potius sustineamus iniuriā, potiusq; nobis eripi patiamur facultates, cōiuges, liberos, & uitā. Hanc desertionem pbat Christus.

Miror te post tam frequētes admonitiones. & eruditio THEO-

nes. semp cucullum agere, ut semp cantes nullis bonis operibus dari remissionē p̄ctōrū, aut uitam æternā: cūm tā manifēste audieris Achab, pariter et Niniuitis donari ueniam p̄p affluētes lachrymas, et opera pñiae in cilicio et cinere: Cūm dñs tam apertē dixerit: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Et Paulus dicat. Vnusquisq; ppriam mercedē ac= Mat. 19. cipiet scdm suum labore. Et iterum: Beneficētiae, & cōmu= 1. cor. 9 nionis nolite obliuisci: talibus. n. hostijs promeretur Deus. Hebr. 13 Et rursus: Videte ne q̄ operati estis, perdatis: sed mercedē 2. Ioan. plena recipiatis. Nō autem diximus ab hoc merito secludi Dei gratiā, aut meritū passionis Christi: sed diximus hoc ipsum meritum ex gratia esse Dei, qui ordinauit et pmisit operibus nostris deberi mercedē. Si. n. hæc Deus nō spōpondis- set, nō eēt qui meritū aliqd' esse præsumeret corā Deo, cui oīa debemus rōne bñficiorū acceptorū. Et uirtus passionis christi operibus nostris cōicata, dat eis quā hñt efficaciam.

Dicis prætereā duplē t̄paliūm desertiōnē, unā spōtanēa ex electione, quā nihil facis, & inutilē dicis. Nā opus humanū dicis inutilē cultū: sed uerba Saluatoris deprauas. Non. n. omne opus humanum electum, reprobat Deus: sed qd' diuinis præceptis cōtrariatur. Spōtanēa nāq; uota probat & approbat Deus, Deute. 23. & Leuit. 15. Dicit quoq; Hieron. cōtra Iouin. epist. 5. ca. 7. Maioris est gratiæ offer-

Ff 3

DE INSTIT. AC VOT. MONA.

re qd' nō debeas. quā reddere qd' exigeris. Et tu afferis
fit spōte, et à nobis electum est, et nō præceptum, immo
est cultus, cōtra illud Saluatoris. Ois qui reliquerit, ha
taneé. Nā qui coactus reliquit, aīo nō relinquit) patrem
trē, et c. pp me, centuplū accipiet. Cōsuluit quoq; idem
uator omnia relinquere: nō aut̄ præcepit adolescēti.
Iei ait. si uis, uade, uende omnia, et da pauperibus. Quod
enim præcipitur, in libero arbitrio, non dimittitur: quod
cat, propono, et uoluntati tuae liberæ dimitto.

Mat. 19.

ibidem.

Ad Phile-
monem.

Mat. 15.

2. cor. 9

Psalmus

R H E T.

Paul. quoq; optauit seruū Philemonis sibi ministrū:
lūt ex necessitate bonū eēt, sed uoluntariū. Spōtaneitā
aut electio opus bonum nō remittit: sed laudabilius fac.

Aliam afferis t̄palium desertionem, cūm ad eam eu
potestas. Hanc quidē dicas habere mā datum Dei et ideo
nam, quia subitur pp euangelium. Bone Deus, ubi legisti
illa desertio t̄palium duntaxat est pp euangelium, ad quā
cogit p̄tās? Quā potestas coagit apostolos ut oīa deseret
propter Christum? qui dixerunt: Ecce nos reliquimus eū
et secuti sumus te: utiq; pp euangelium. Quis Paulum cōp
lit suis abrenunciare? Quis Christū ipsum coegit, ut egred
natus, pauper uiueret et moreretur? Desertio itaq; t̄pali
um propter Christum, aut propter euangelium annua
dum, grata est deo. atq; eō melior, quō magis spōtanea
hilarem datorē diligit Deus. Voluntariē, inqt David, fer
ficabo tibi, etiamsi ad eam non impellat potestas. Artu

Rerū dñia & possessiones sunt ordinaciones
uiles, approbatæ uerbo Dei in p̄cepto. Nō sum
facies. Desertio facultatū nō habet mandatū De
nec cōsiliū. Nā paupertas euangelica nō est de

TITVLVS XXXIII. 228

tio rerum, sed nō esse auarū: nō cōfidere opibus.

Posseßiones siue rerum dñia, à Deo probata esse nō in- THE O.
ficiamur. Nō est tñ bonus Elēchus. Rerū posseßiones sunt
à Deo approbatæ: ergo abdicatio rerum est inutilis cultus:
quēadmodum nō sequitur: Nuptiae sunt probatæ, ergo uir= ginitas est cultus inutilis. Nā nuptias cōmendat Deus: ma= gis aut uirginitatē, teste Apos. qui ait. Qui matrimonio iun 1. Cor. 7
git uirginē suam, bene facit. Et qui nō iungit, melius facit.
Pari modo qui bene dispensat substantiā suam, bene facit:
qui autē eam relinquit propter Christum, melius facit. Nā Matth. 19
Christus hoc adolescenti cōsuluit, tanquā rem perfectiore.
Dum subiungis: Paupertas euangelica, nō est desertio facul= tatum, sed nō esse auarū, &c. Multū ab euangelio dissen= tis. Nam nō esse auarum, præceptum est euangelicum: cōsi= lum aut euangelicæ paupertatis, est desertio rerum suarū,
quam proposuit Christus adolescenti, quam amplexati sunt
Apostoli, et Christum seuti sunt. Desertio itaq; facultatū,
nō est traditio merē humana, ut profers, sed cōsilium et exē= plum Christi: et per cōsequens, nec inutilis cultus: sed perfe= ctionis instrumētum. Vnde Hiero. īterpretās hunc locum,
super Matt. ait. Non sufficit hæc tantū relinquere. Ideò iun= git Petrus quod perfectum est. i. seuti sumus te. In sequela
hanc Christi perfectio uitæ est. Quamobrem ait Ambro.
super illud Luce. Sequare me. Sequi iubet nō corporis gres Luce. s
su, sed mentis affectu, quod fit per charitatem.

DE DELECTV CIBORVM ET

I EIVNIO. TITVLVS XXXV.

ARTICVLVS I.

PRenūciauit Apostolus discipulo Timotheo RHET.
Phoc præsens tps, dicēs, Spūs manifestè dicit:

Ff. 4